



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ad annum Christi 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118618**

§. 79. Rursus de caussa Toletani Archiepiscopi in Hispaniæ inquisitione  
capti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](#)

in re quicquam aggrederentur; sed Cæ- **Sæcul. XVI.**  
sari nuntiarent, quod in animo Ponti- **A.C. 1563.**  
ficiis prudentia, auctoritasque consilii,  
quod Cæsar dedisset, prævaluisset con-  
siliis plurimorum oppositum suaden-  
tium. Evolutis postea aliquot diebus  
Granvellani Cardinalis literæ affere-  
bantur, quibus Legati fuere admoniti,  
ne quid in Elisabetham moveretur, cum  
id non minus hujus Cardinalis, quam  
speciatim Hispaniæ Regis sententia esset.

### §. LXXIX.

#### *Rursus de causa Toletani Archi- episcopi in Hispaniæ Inquisitione capti.*

Detinebatur in custodia multos jam **Pallav. l. 2r.**  
annos a sacro Inquisitionis Hispa- **c. 7. n. 7.**  
nicæ tribunali Bartholomæus Caran-  
za, qui ex Dominicana Familia Toleta-  
nus Archiepiscopus, Primas in illis Phi-  
lippi II. Regnis, & unus erat e summis  
Christianæ Reipublicæ Præsulibus: por-  
to Patres Concilii existimabant, per  
hoc, quod hic Præsul eximus sub alio,  
quam Pontificis tribunali captus deti-  
neretur, universum ipsorum ordinem E-  
piscopalem vilescere, hinc saepius con-  
uesti sunt apud Præsides, qui per hu-  
iusmodi expostulationem pressi in eunte  
Aprilie ea de re jam tertio scripserunt

X 4

Ro-

**Sæcul. XVI.** Romam, affirmantes, quod vehementer  
**A.C. 1563.** Patres peterent, ut Pontifex caussam illam  
 ad se advocaret, juberetque acta in Hispania  
 confecta Romam mitti: verum Pontifex  
 se in suis responsis purgabat cau-  
 satus, quod nullus unquam de suis Mi-  
 nistris in Hispaniam ivisset, cui per ite-  
 rata mandata negotium illud non com-  
 mendasset: insuper transmisit inter ce-  
 tera ad Legatos epistolam de hoc ar-  
 gumento, Philippi Regis chirographo  
 signatam, in qua is querebatur acriter  
 contra Pontificem, quod ipse quoddam  
 diploma Odescalco Nuntio in ea caussa  
 dedisset, ipso Rege non prius audito: in-  
 super petebat a Pontifice, ut suscep-  
 tū a Rege consilium, ne ea justio vulga-  
 tur, in bonam partem susciperet, atque  
 in posterum Sacræ Inquisitionis acta  
 non turbaret in ea caussa, in qua Regi  
 adeo cordi erat, ut id, quod æquum  
 esset, perageretur: de cetero autem ve-  
 hementer optaret, ut brevi hæc lis-  
 niretur, cum sperandum esset, quam  
 citissime acta confectum iri, de quibus  
 postea Pontifex edocendus esset.

### §. LXXX.

*Pontificis consilium de eo Romam  
 evocando, & Philippi II.  
 oppositio.*

Hæc